



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Cvr vitem se Christus appellat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

CAPVT XV.

EGO sum vitis vera: & Pater meus agricola est. 2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. 3. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. 4. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. 5. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potest facere. 6. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in igne mittent, & ardet. 7. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumq; volueritis petatis, & fiet vobis. 8. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. 9. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. 10. Si precepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei precepta seruauit, & maneo in eius dilectione. 11. Hac locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. 12. Hoc est preceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. 13. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis. 14. Vos amici mei estis, si feceritis, quae ego praecepit vobis. Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. 15. Vos autem dixi amicos: quia omnia quae vultis, audiui a Patre meo, nota feci vobis. 16. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat: ut quodcumq; petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. 17. Hac mando vobis, ut diligatis inuicem. 18. Si mundus vos odit: scitote, quia me priorem vobis odio habuit. 19. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. 20. Memento sermonei mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestram seruabunt. 21. Sed haec omnia facienti vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum, qui misit me. 22. Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. 23. Qui me odit: & Patrem meum odit. 24. Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt me, & Patrem meum. 25. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. 26. Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. 27. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. *pascha*

IN CAPVT DECIMVMQVINTVM ARGVMENTVM.

CONSOLATUR discipulos Dominus variis argumentis, atque charitatem mutua, constantiamq; hortatur. Praecipuum consolationis est caput, ut intelligant, se a Christo moriente, atq; ad Patrem abente non deserit, sed non modo cum illo, sed etiam in illo, tanquam membra illius manere, quod pulcherrima similitudine vitis & palmitum exponit, ex quo consequitur, eos illi adherere, vitam vigoremque ex eo ducere, fructus producere. Cum ergo sint in eandem vitem insiti sarculi, naturam steriles, de gratia redemptoris fecundi, amare se mutuo, & mandata seruare necesse esse, si enim vel infructuosi sint, vel degeneres, uti spuria vitulina abscindendos esse pronunciat. Nunc amicos suos vocat, beneuola electione, non eorum meritis, mitum non esse simundus eos oderit, de mundo enim selectos esse: & in eam vitem insitos, quam mundus semper oderit. Non esse meliorem seruorum, quam Domini conditionem, Nec tamen mundum impune odia iniusta & persecutiones habiturum minatur, & Spiritum sanctum deniq; illis promittit.

A vers. 8. In Syro titulus est. *In Marutinis Dominica Pentecostes*, quam vocem, & Syri retinent. *ܡܪܘܬܝܢܢ* Pentecostis, & monet glossa marginalis esse *ܡܪܘܬܝܢܢ* de lingua *Sauan*, seu Ioticâ.

VERSVS I.

Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est.

QUESTIO I.

Cur vitem se Christus appellat?

§. 1. **O**bseruandum est hoc loco, quod in aliis parabolis aliquando monui, non omnia figuratim excutienda, sed seopu esse considerandâ, quod omnia dirigenda sunt. Graece dicitur *αμπελον* & quod vineam, seu terram vitibus confitam significat, quemadmodum & Syriacè *ܡܪܘܬܝܢܢ* quod notatones in Syrum te- *Adami Conzen in Euang. Tom. II.*

stamentum appellant Hebraicè *גפן* Gophen. Vitis etiam apud Latinos frutex est, & terra vitibus confita seu vinetum. Pauperum agellos & viticulas Cicero appellat, rus in quo vites sunt, vel fruges. Cum autem Dominus non modo vitis, sed etiam ipsa terra vitium propagatrix & alitrix eadem metaphora vocari possit, hoc ramentum comparatio non inter vites, & terram, sed inter truncum qui radice iunctus est, & ramos seu palmites est instituta. Palmites enim vel degeneres, vel infructuosi a vite abscinduntur, & exaruntur. Vitis autem similitudine frequenter Spiritus sanctus vititur. *Isaie cap. 5. Iudicum cap. 9. vers. 13. Osee 10. v. 1. Psal. 128. v. 3.*

§. 2. Nec vitem se modo, sed emphaticè vitem se *R r 2* veram

Ad humanitatem tamen Cyrillus pertinere non putat, sed verior est Dionysii, Arhanasii, & Augustini sententia; Ceterum Ariatorum ratio inutilis est; Non enim Pater & filius diuersis similibus conferantur, eisdem naturae esse definiunt. Cum Patrem ipsum, diuersis hieroglyphicis Spiritus sanctus depingat. Si enim Arium audimus dicentem: Pater est agricola, filius est vitis; agricola & vitis non sunt eiusdem substantiae; nec ergo Pater & filius. Pari modo duos filios aut plures faciemus. Filius est agnus, filius est leo de tribu Iuda. Leo & agnus non sunt eiusdem substantia. Sic Christus cap. 10. ostium est; & Pastor, nec tamen idem est ostium & Pastor. Itaque hominis imperiti est, ac cauillatoris ex metaphoris, & patabolis proprietatem sermonis contere.

VERSUS 2.

Omnem palmitem in me, non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.

QUESTIO I.

Quis sit fructus quem ferunt palmites?

§. 1. **F**erunt palmites fructum aliquando rationem praesentem, ut ferat *αφείονα καρπών*, Syrus vocat *ΚΑΡΠΟΝ ΚΑΡΝΗΝ* dephire saele; plurimos fructus: nam qui nullam ferunt, eos falce putat maturé vitiorum.

Palmitum fructus non est sola fides, sed opera etiam charitatis, aliarumque virtutum exercitia. Aurea sunt hoc loco verba Theophylacti. Πάν γὰρ κληρονομήσει μὴ φέρων καρπὸν, αἰρεῖ αὐτὸ, τὰ τέσσα, πᾶν τὸ ἀνθρώπου, τὸν δὲ φέρων καρπὸν, ὁ Θεὸς ἀφείονα καρπὸν, καὶ ἐννοήσεται τὸν καρπὸν, καὶ ἡσασαμον αὐτὸν ὡς ὄφρα, δὲ ἡ καρπὸν φέρων, τὰ τέσσα, ὅτιον ἔχον ἐν ἀρετῇ, αἰς τὴν γὰρ μόνον ἰαλλὴν δουλοκρατῆς, καὶ πᾶσις ἐν τῷ, ἡ μὴ καὶ ἀφείονα τῶν ἐν πολλῶν καρποφῶν, νεκρὸν ἔσται κλημα, πᾶσις γὰρ καρπὸν ἐργῶν νεκρῶν, πᾶσις ἐν τῷ ἐν τῷ, καὶ αἰς ὅτι μὴ ἐν αὐτῷ, καὶ ὅτι πᾶσις, πᾶσις κληρονομήσει, ὅτι ἐν μοι, καὶ μὴ φέρων καρπὸν, αἰρεῖ αὐτὸ ὁ πατήρ, τῷ τῷ, ἔξω τὸ μὴ ἔσται ἡ καρπὸν τῷ τῷ, ὅτι ἡ καρπὸν φέρων τῷ, καὶ φέρει.

Nam in vite nullus est palmet, nisi per fidem. Qui enim non credit in Christo non est. Fructus ergo operum est ex fide procedentibus. Per opera enim fertur, ut optime Cyrillus lib. 10. cap. 13. p. 644. *Conferuamur autem in hoc statu, & ad hoc (ut in a dixerim) inseruati quodammodo ipsi sumus: id est, firmuer retinentes tradita nobis ab ipso mandata, studentesque, huius nobilitatis bonum seruare. Quod si, si Spiritum sanctum per quem in nobis Deus habitat non offendamus.*

Non modo credendo, sed faciendo fertur mandata. Atque illa est voluntaria palmitum cum vite conglutinatio, & ut ita dicam, coalescentia. Natiuo enim succo radicis imbuti degeneres fructus non ferunt. Quae autem vel superflua, vel eruda sunt, ea vitioris industria, reciduntur, aut corriguntur.

§. 2. Redarguit Caluini similitudo palmitum, qui tolluntur. Ille eos qui fructum non ferunt, nunquam in vite fuisse contendit; solum erante hominum opinione in vite vitos fuisse. Si enim in vite non fuerunt, nec palmites esse potuerunt; non enim crescit palmet nisi de vite. Spinæ igitur, & rhamnium fuerint, nec prima origine, nec imitatione vitibus conueniunt, quid opus erat tollere de vite? at hic dicitur tolli de vite, & putator Deus sarmeta inutilia abscidit: sic ramos idem Deus apud Paulum ex olea adamiani *Consen in Euhang. Tom. II.*

cidit: ramos inquam, & naturales, & inficitios qui pinguedinis oliuae participes facti sunt. Quin etiam hoc loco abscissi palmites atescunt, aliquando ergo fructu ducunt, succum autem nullum, si in vite nunquam fuerint habere poterunt. Falsa est igitur Caluini opinio, eos qui deficiunt, fideles non fuisse; & fideles non posse deficere. Docuit hoc multis modis Athanasius in concilio Niceno contra Arium disceptans. *Ego sum vitis illa vera, inquit, cuius fructus vita est, gaudium, pax, dilectio, iustitia, fides, sincerissima, cognitio, religio, sanctitas, grauitas, humanitas, mansuetudo, continentia, aliaque similia. Et quoniam palmites, qui eiusdem generis sunt, verè illius vitæ palmites sunt, oportet eos similem fructum proferre cum ea vinea cuius palmites. Apostolis igitur dixit dum eos instruit, ut manerent in fide, ne dum desiliunt de veritate quem admodum Iudas fecit, in factuosi reddantur. Qui enim delabuntur de Domini charitate & fide, quasi palmites amputati abijciuntur extra diuinam.*

Vbi dicit eos *δοτὸν τὸν ὄφρα* abscissos. Et deinde eos & fuisse in vite & defecisse demonstrat. Dominus igitur personam vitæ palmiferae & opacae sustinens, tum propter multitudinem discipulorum populorumque, vndique adempto auxilio veritatum, adeo ut numerus fidem superet, parum desiderio eius, quo illi, ut palmites inseparabiliter adhaerescerent: parum spiritali commodi gratia, ne utiqua extra eum esse scilicet cum illo esse cupientes: alijque ab eo sanitate quærent, alij rursus nomine Messia exciti, cum illum audirent aduenisse, ad eum se conferrent, quo illud admirabile spectaculum Deum in homine præsentem contuerentur, eumque in corpore cum hominibus conuersari. Hic cum omnia gaudio redundarent, nemoque ab eo discedere vellet, velut in usque aliqua vitæ, inter tot myriades agminum secum ambulanti incedebat, verum omnibus Christo ob eius desiderium vniuersis, ut experimentum de tot seclatoribus caperetur; capere hyberni venti summa cacumina perflare, multique proinde frondum instar exarescentibus euenit, ut non pauci & vitæ ista exciderint, dum isti metu Principum sacerdotum, ne exularent in synagoga, vitam suam abnegant, quarum rerum exempla etiamnum videmus, cum hypocritarum nostri temporis ceterorum omnium securi, malunt gloriam persequitur Ecclesie, quam gloriam Dei.

Ex quo etiam colligimus verissimum esse, quod Chryostomus docet: Christum demonstrare: *ὅτι ἡ ζωὴ ἐργῶν ἐστὶν ἐν αὐτῷ εἶναι*. Quod sine operibus non possit in eo quiescere manere. Cum igitur fructus sit bonorum operum, facile apparet, ea à fide posse separari. Nam rami in vite sunt, & tamen fructum non ferunt, in vite esse non possunt, nisi per fidem: fidem igitur habent, sed infructuosam ideo exciduntur, de quo plura Epistola ad Romanos. Interim dum in vite esse, & à Patre purgari tradit: Omnia quæ à se expectari nouit, se præstitisse declarat.

Recte Theophylactus. *ἔδεν ὁ πατήρ ἐμοὶ ἐλεήσει, δὲ ἔσται ἡ καρπὸν ἐμοὶ λοίπον, καὶ περὶ ὑμῶν*. Nihil ex mea parte defuit, oportet & illa adesse, quæ à vestra parte requiritur.

VERSUS 3.

Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.

QUESTIO I.

Quomodo mundari sunt?

§. 1. **P**atet ut agricolæ palmitum mundiciem tribuit, nunc sermoni eandem transcribit, quem ex ore illius audierant, ac proinde sibi ipsi, quod tract. 80. in Ioannem Augustinus annotat, & ex Chryostomo, Theophylactus, Euthymus, Beda, qui etiam ex eo Christi diuinitatem probant nam corda mundare solius est diuinæ potestatis. Quapropter & eruditè Cyrillus tot diuinitati hoc commune esse demon-

Fructus virtutes.

Operibus seruamus.

Palmites qui exciduntur in vinea.